

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Religio c
cum fonte primo et editionibus 1483/5 & 1550

Et rursus illi qui
aliquid uidebantur in saeculo esse non habeant
fastidio fratres suos qui ad illam sanctam societatem
ex paupertate uenerunt magis autem studeant non de
parentum dignitate sed de pauperum fratrum
societate gloriari. nec extollantur si communi uitae
de suis facultatibus contulerint aliquid. nec de suis
diuitiis magis superbiant: quia eas monasterio
partiuntur: quam si eis in saeculo fruerentur. alia
quippe quaecunque integritas in malis operibus
exercetur ut fiant. superbia uero in bonis operibus
insidiatur ut pereant. et quid prodest dispergendo
dare pauperibus et pauperem fieri quum anima misera
superbior efficitur diuicias contemnendo quam fuerat
possidendo.

Augustinus ibidem (de communi uita et regula
clericorum).

Manipulus florum (Venetiis, 1493/5), sig.E4r.

Sed rursus etiam illi qui
aliquid esse uidebantur in saeculo non habeant
fastidio fratres suos qui ad illam sanctam societatem
ex paupertate uenerunt. Magis autem studeant, non de
parentum diuitium dignitate, sed de pauperum fratrum
societate, gloriari. Nec extollantur, si communi uitae
de suis facultatibus aliquid contulerunt, nec de suis
diuitiis magis superbiant, quia eas monasterio
partiuntur, quam si eis in saeculo fruerentur. Alia
quippe quaecunque iniquitas in malis operibus
exercetur ut fiant, superbia uero etiam bonis operibus
insidiatur ut pereant: et quid prodE est dispergere
dando pauperibus et pauperem fieri, cum anima misera
superbior efficitur diuicias contemnendo, quam fuerat
possidendo?

Augustinus Hipponensis, *Regula tertia uel
praeceptum*, 1, 7 (L. Verheijen ed., pp.419-20, ll.23-
33).

Manipulus florum (Venetiis, 1493/5), sig.F1v.

Sed rursus etiam illi qui
aliquid uidebantur in seculo esse, non habeant
fastidio fratres suos qui ad illam sanctam societatem
ex paupertate uenerunt: magis autem studeant non de
parentum dignitate, sed de pauperum fratrum
societate gloriari. nec extollantur, si communi uitae
de suis facultatibus contulerint aliquid. nec de suis
diuitiis magis superbiant: quia eas monasterio
partiuntur: quam si eis in seculo fruerentur. Alia
quippe quaecunque iniquitas in malis operibus
exercetur ut fiant. superbia uero in bonis operibus
insidiatur ut pereant. Et prodest dispergendo
dare pauperibus, et pauperem fieri, si anima misera
superbior efficitur diuicias contemnendo quam fuerat
possidendo?

Augustinus ibidem (in regula tertia).

Flores omnium fere doctorum (Venetiis, 1550),
fol.435v-436r.